



A. G.
PANEGYRIS FVNEBRIS

IN
SOLEMNES EXSEQVIAS

GENEROSISSIMAE ET VIRTVTVM OPTIMARVM
SPLENDORE FVLGENTISSIMAE MATRONAE
AC DOMINAE

D O M I N A E

IOANNAE

DIESKAVIAE

EX ILLVSTRI ET ANTIQVA

LOESERIORVM

STIRPE PROGNOTAE

DIESKAVII D. XIV. CAL. AVGVSTI A. 1711. CELEBRANDAS

V I R O

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

DN. CAROLO

DE DIE SKAV

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PORVSSORVM
REGI A CONSILII INTIMIS AC ADMINISTRATIONIBVS
BELLICIS REGIMINIS DVCATVS MAGDEBVRGICI
CONSILIARIO SVPREMO AC GRAVISSIMO
TOPARCHAE IN DIE SKAV LOCHAV BRVCKDORFF RELIQVA

V I D V O M O E S T I S S I M O

PATRONO SVO OMNI OBSERVANTIAE ET OBSEQVII CVLTV
PROSEQVENDO

IN TESTIMONIUM ANIMI TOTI DIE SKAVIORYM FAMILIAE

DEVINCTISSIMI

EXHIBITA

M. CHRISTIANO AVGVSTO SALIG.
MAGDEBVRGICO.

HALAE MAGDEBVRGICAE, Typis IOH. GRVNERI, Acad. Typ.



Ix mediocrem ferum tempus sanauerat vlcus,
Præpropera infixum GEISLERI morte. Se-
debat

Venis ac imis emarcida cura medullis,
Sedis amans, moestoque tivo non iussa
recurrens

Pectore, **DIESKAVI**. Vix dum spes optima **NATI**
Desierat reuocare nouas sub corde querelas,

Atque tuos lachrymas in tristes fundere vultus;

Ecce recens oritur vulnus. Nunc prohi! dolor altos

CONIVGIS offensos lugubri morte Penates

Cernis, pallentesque vmbas, noctemque profundam

Ilicet haut vno semper pede celsa retorquet

Aurja mors: Vno non siccas funere fauces

Exlatiat Libitina vorax, sed vexat eandem

Sæpe domum, gaudetque nigris repetita feretris.

Costa nunc viduate tva, caldisque trementes

n terfusa genas lacrumis, ignosce dolenti

TEcum, **DIESKAVI**, si forsitan, tristia fando,

Iniuncto refricem vulnus; sicut vngue recuruo

Rumpetur mæge, quo magis est attracta cicatrix.

Mallet ego temporibus lætas inspergere myrtos.

Vt que hæc purpureo cingant vaccinia succo

Carmina, & vt minio titulus, charta vtque notetur

Cedro, & sic geminæ polliantur pumice frontes;

Sed non conueniens nostris his luctibus ille,

Est color, Idææ sed cingant mente cupressi!

Si verum perhibent illi, queis cognita certo

Syluarum, fruticum, virgultorumque fatorum

Est ratio: Trunco non vniquam excisa cupressus

Altas in frondes, nec stirpibus exit ab imis,

Virga sepulchralis, si vulla est corpore matris,

Se tollit namquam, succæos oblita priores,

Nec nigram seris factura nepotibus vmbam.

Muta-

Mutatisque licet sit viuis infusa palmis
 Alterius; tamen arefcit ruitura propago,
 Et media in cultis fallit plantaria terris,
 Hinc obitum Veteres dirum mortemque cruentam
 Palmite fignarunt lufco & moefta cypariffio:
 Exequiæ & ramus quoniam diffectus adunco
 Stipite non crefcunt iterum, nec flore refurgunt
 Verno. Sic merito fies irreparabile damnum
CAROLE, Profequeris pignus fingultibus æquis
 Tam carum, atque toris numquam remeabile caftis,
 Non cedunt animo teneri, quos gellit, amores,
 Qui femper calidis erga TE vflere caminis:
 Virtus, Angelici mulcentes pectora Vultus,
 Verbaque, nec placidam membris iactura quietem
 Rellinquant TIBI, folamen, viridisque fenectæ
 Fulcrum, decedens thalamis, & dulce leuamen
 Herculei, quem non fugis exantlare, laboris.
 At memor illarum, quas ipfo in lumine mortis
 Vocum, femianimo dudum de pectore fudit,
 Semper eris, condenturque alta mente repositæ:
 Cum, licet abfentem, fibi vifa videre Maritum,
 Oreque flammanti venturum femper anhelans,
 Sic loquitur, TIBI fic valedicit, imagine ficta:
 O mea, quæ femper nitenti fronte, corona
 O decus, & Coniux, & ftirpis Gloria **NOSTRÆ**
 Aegra TVAM dextram, mox & connubia nofttra
 Delero! nam certæ mortis præfagia mente
 Sentio, nec fratris furgam, moritura, fupinis
 Mox artus pallor capiet, calor offa relinquet,
 Hoc tamen in luctu, quæ pallida membra fatigat,
 Labris emitto tremulis, hæc vltima verba
 Artificem linguam claudant, & vincula firmant
 Maxima in extremis hæc funt folatia rebus,
 Me thalamos fcandiffè tvos, amplexibus & me
 Comprenfam elle TVIS, & de TE nomen adepram
 Bis quatuor folis gyrrarunt luftra caballi
 Ignipedes ferme, queis mollia vincula ahenis
 Nofttra reuinxerunt ardentia pectora nodis.
 Alt o præcipiti pede præteriere fequaces
 Anni! Vix totidem, vix menfibus atque diebus
 Me tecum vixiffe puto! Ceu lassa quiete
 Membra foporifera recreat quis, fomnia dulcia
 Cernit & effugie, paucas feftè offa per horas
 Demulcere, breuemque putat fe carpere fomnum,
 Atque fuperciliis involuere lumina furtim
 Sic TVVS, O DILECTE, meos per tempora fenfus
 Tam cita delectauit amor, momenta volucres
 Vt mihi fubueniant anni, & ceu puncta minuta

ME DEVS esse iubet primam, quæ vincula resoluat
 Nexibus intortis, me! me valedicere fidis
 Ædibus, & lectos consernere funere tristes.
 Non tamen immittis facies foedifraga nostras
 Mors has vt tumulis tædas sepelire profundis
 Vellem. Non. Licet & sensus, & dædala mentis
 Forma meos artus, mea pallida delectat ora;
 Infossi cineres tamen vsque loquentur & vna
 Teque, TVAMQUE fidem, & flagrantia lumina amoris;
 Hæcce feram mortens mecum, condamque sepulchro.
 O dulces tandem exuuie! Nam parua mei pars
 Sub terras voluetur iners, mea maxima imago
 Est, vbi stan rutilis cœli laquearia tectis,
 Multa in thesauris atque est habitatio Patris,
 Disparibus discreta locis. Ibi basia figet
 Sponsus inexhaustis charus porrecta labellis:
 Amplexus sumetque meos, ca'lestibus ipse
 Mecum conscendet completa cubilia flammis.
 Hæc nisi sperarem, certa nec conscia mente
 Cederem ab hospicio, non surrectura precarer,
 Atque securis non gauisura triumphis.
 Et licet indignam veniam me habeam fatearque,
 Vt reliquos homines, maculosam adspergine morum;
 Creditor vt rigide cuncta exacturus ad vsque
 Quadrantem minimum damnosæ debita vitæ
 Si vellet; trepidem pallens hoc iudice cello,
 Inque tenebrosum noctis detrudar auernum.
 Verum quod merui, omne malum, bonus arbiter aufert,
 Spem capio, meliora fauet largire precanti.
 Hæc effata silet, pallor simul occupat ora,
 Atque manus miscens manibus, conuexa tuetur.
 Mox velle iam dicta loqui, dare & oscula summa,
 Coniugis absentis contendere brachia collo;
 Sed sensim gelidus manabat corpore sudor,
 Et mensis oculis orbis confractus adest. Vox
 Tentantem fallit linguam cupideque volentem
 Dicere. Peruigili morbo depastaque membra
 Colligit, & visu tandem dirigit omni.
 Iam tum torquebat medios nox humida curfus,
 Et iam scœuus equis oriens afflabat anhelis,
 Cum rueret tandem finis, cum flebilis hora
 Clauderet hos orbes, ac vltimus halitus ore
 Vaderet in ventos, & conclamata iaceret
 DIES KAVIA, Attonitis animis hælere, locumque
 Implerunt clamore omnes, & pectora palmis
 Tundunt immodice. Flet præsens quivis, & atræ
 Damna sonant noctes per amica silentia lunæ.
 Mox domus interior, gemitu miseroque tumultu
 Misceatur

Miscetur. Mœstus ferit aurea sidera clamor.
 At vidvvs stupuit, tamquam Iouis ignibus ictus,
 Haud aliter patitur, quam si sua membra relinquat,
 Parsque suo rumpi melior de corpore visa.
 Mox squalor lacrimas cohibet, mox largiter ortis
 Digrediens guttis solatur rite dolores.
 Sape queri, longas in fletum ducere voces
 Incipit, & planctus verba inter singula fundit:
 Amplexusque tenet postes, faciemque tuetur.
 Emeritæ, membris si quis super halitus erret,
 Vixque dolorosæ persuadet funera menti.
 Manibus his merito iustos sic, CAROLE, planctus
 Sacrificas; Verum nimix non vincula laxas
 Tristitiæ: vt sequitur victus non arte gubernans
 Nauita, confessus gelidum pallore timorem.
 Vtue parum validus non proficientia rector
 Cornipedi rigidæ ceruicis fræna remittit.
 Namque etenim patriam placido moderamine legum.
 Qui regis, & lites æquato pondere libras,
 Non dabis immodico surgentia colla dolori.
 Qui pietate cluis, totus non fluctibus hisce
 Submergeris inops. Etenim quibus intima sancti
 Vena animi sola feruet de lampade CHRISTI,
 Aequis suscipiunt humeris, si vela secundis
 Flent ventis, aut si glomeret nimbofos Orion.
 Nubila nigra polo, radietque tonitribus æther.
 Contra qui inlecebris mundi retinetur, & almo
 Corda resignauit nondum conuersa IEOVÆ,
 Quando faces & saxa volant, si tempora cursu
 Aspera præcipiti irrumpunt, nescit pede certo
 Constare, atque statim pauefacta mente labascit,
 Indomitum nunc huc animum, nunc diuidit illuc,
 In partesque rapit varias, perque omnia versat:
 Non secus ac tremulum pelui si lumen ahenæ
 Sole repercutiatur aquæ, vel imagine lunæ,
 Omnia mox loca peruolitat, celerique meatu
 Erigitur, summique ferit laquearia tecti.
 TV vero, VIR MAGNE, vias cognoscis amantis
 TE IOVÆ, in cuius dextra est exscripta dierum
 Noftrarum series. Sacra est TIBI sola voluntas
 NVMINIS, exemplo & viuo monumenta caducæ
 Vita subducis, ruituraque sæcula mundi.
 Discite, mortales, meliorem pectore anhelò
 Vitam sperare. Hora ruit! Iam nuntius ales
 Lucem matura prædicit voce propinquam.
 Lucifer auricomus, rapidi rota lurida solis
 Fatidico excidium diuinant ore futurum,
 Orbe repentinis caput obnubente tenebris.

B

Nil

Nil iuuat impleuisse sinum, ac haurire crumenis
 Diuitias, grauidosque lucro distendere fiscos.
 Nil iuuat ambigu tumido sub pectore honores
 Spirare, atque caput turritum tollere sursum.
 Omnes nam lex vna manet. Transfigite curas
 Impuro votas mundo, quem linquere laus est
 Optima. Num vobis est viuere in orbe voluptas
 Tanta? Vbi stat ferorum acies mucrone corusco
 Stricta, parata neci, atque tonant patula arua ruinis
 Horrificis: Vbi flammaram Mauortia magnos
 Turba globos tollit, tremefactaque saxa sub auras
 Cum sonitu glomerat, simul altaque verberat astra:
 Pallentes vbi sunt morbi, tristisque senectus,
 Et metus, & malefuada fames, & mille pericla.
 Lex vbi peccati nolentes turbat & angit,
 Atque venenatis serpens vbi morfibus omnes
 Lædit, vbi in iustos lethalia spicula vibrat,
 Vulneraque infligit linguis exterta trifulcis.
 O sit curas velit impendisse saluti
 Aeternæ quinis, quot rebus corda caducis
 Indefessa sciant! Curua trabe currit æquor.
 Mortalis, quæritque vias anfractibus atrox,
 Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis,
 Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ,
 Vmquam nec queritur lassos luctando lacertos.
 Et tamen ipse suam, contempto PRINCIPE VITAE,
 Perniciem consciscit homo, colit ipse cruentum.
 Carnificem, gladiique aciem iugulandus adorat.
 O felix ergo, tantas qui morte beata
 Tendiculas vitat mundi, placideque quiescit!
 Interea exsequiæ celebrantur, & omnia luctum
 Funebrem ostentant. Generosum busta salutant
 Corpus, & insertum condunt antiqua cauernis,
 Heic tumuli superant, magnorum & **DIESKAVIORVM**
 Ossa silent, & **AVIS**, **ATAVIS**, **ABAVIS**, **TRITAVISQVE**
 Sæpe solutus honos: Et quorum a temporis æuis
 Immemorabilibus cineres celantur & vrnæ,
 Nunc facies tegitur saxis, & imagine picta,
DIESKAVIOS auget, formatque **BEATA** Penates,
 Et genealogica compingitur arbore nomen.
 Pannis cuncta obducta nigris, campanaque tristem
 Pulsâ sonum vibrat. Sinuosaque carbasâ luctum
 Fatalem geminant nigro libata colori.
 Ipse dolens **VIDVVS** funus presse comitatur
CAROLVS, & tumulum circumspicit eminus æger:
 Atque stola inuitus longa vestitus, amaram
 Adgreditur calcare viam. Illi plurima mento
 Canities veneranda iacet, stant lumina luctu.

Atque

Atque licet senio, & longævis debilitato
Genua labent morbis, fulcit tamen arida crura,
Certaque sublatris signat vestigia terris;
Extremum vt nunquam redituræ soluat amorem,
Gloria quæ fuerat Tanti quoque Tanta MARITI,
Et Decus omne sui sexus, fecundaque MATER.
Magni magna PATRIS SOBOLES, MATRISQUE PROPAGO
Incita, DIESKAVIVS, sequitur, Laudisque Paternæ
Hæres. Succedunt Generoso sanguine iuncti
Et GENERI. Antiqua celsus Virtute SCHVLENBURG,
CROSECIVS, magnum quem vexit ad æthera nomen,
ALVENSLEBIADES, Heroum stemmate natus.
Maternamque scrobem rorant NATAEQVE NVRVSQVE,
Suppliciter tristis, & funus flebile lustrant,
Omnibus ac vna est communis caussa doloris.
Spectantes lugent reliqui, glebamque colentes
Dieskauiam, plorant DOMINAM, Matremque benignam:
Et vellent, (tanta est pietas!) vel pollice curuo
Ex superimposito pallentes cæspite Vultus
Sculpere, DEFVNCTA vt, fieri si posset, ab vmbri
Sic iterum infernis ad lumina surgeret auræ.
Tumbis sic requiesce TVIS, animamque, BEATA,
Aeterno magnus recreabit nectare Sponsus.
Non cineres terræ mandatos turbet haruspex.
Ito procul trepidans Chaldæo in vertice pernox
Astrologe, & magicis NOSTRAM ne lædito dictis,
Cedito Thesalicæ doctissima quæque magia,
Quæ cupis extinctas sumtæ moderamine virgæ
In lucem reuocare animas, Cocytia leti
Iura resignare, ad superos reuolantibus vmbri.
Murmure ne magico tennes excire figuras,
Atque sepulchrales scite incantare fauillas
Tentato. Artifices scelerum mirata vetustas
Hos fuit. Haut magis est his credula caprimulgis
Nostra ætas, qui aliis curas se immittere dicunt,
Sistere aquam fluuiis, & vertere sidera retro,
Nocturnos Manesque ciere, & ducere solem
Cælis, atque fatas alios traducere messes,
Qui inque lupos mutare homines, mugireque mandant,
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos,
Tercentum ore tonantque Deos, Erebumque Chaosque,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Ecquis enim vidit tennes sine corpore vitas
Cantatas volitare, caua sub imagine formæ?
Quisue Magus vidit fallens vt verberet vmbra?
Aut precibus sobolis commotaque saga parentes
Excitet, aut pueros reddat Polydædala matri?
Ite procul nugæ, procul hinc portenta facessant

Ludicra!

Ludicra! quæ falsus nostras Chaldæus ad oras
 Vexit, Theſſalicis porro traductaque tranſtris,
 Atque leui ſtupidas populo facientia mentes,
 Non corpus NOSTRÆ, non oſſa iacencia tumbis
 Surgent, igniculi non circa buſta volabunt.
 Non facie repetet umulata pignora ſpectrum,
 Nec poſtliminio feruens ſcintilla redibit,
 Carcereos exoſa ſitus, quibus hælerat exſul,
 Non tenuem naturam iterum decliua vite
 Pondera tardabunt, aut ſtringet ferrea compes;
 Sed felix anima amplexus capit Abrahami,
 Floribus æternis ſpirantes libat odores,
 Ambroſiumque bibit roſeo de ſtramine rorem,
 Solus voce boni nam CHRISTI ſpiritus intrat
 Corpora, cum neruis, cute, ſanguine, felle reſurgent.
 Omnes, atque canet reſonantia claſſica Iudex.

Ad TE, DIESKAVI, tandem mea carmina tendunt.
 Ille DEVS, magno liuentia vulnera nutu
 Qui ſecuit, ſapiens certe medicabitur idem,
 Turbabitque TVS iam nigreſcentia cælis
 Nubila. Mox faciet læti ſplendescere Phoebi
 Lumina, mox radios cunctis erumpere rimis
 Aduertes. Faciat NVMEN, quo rupe BEATÆ
 Tempora rite TVS ſuper accumulanda diebus
 Addantur. TVA namque ſalus eſt maxima floris
 Spes Patriæ, pondusque geris validiſſimus Atlas,
 Atque licet morbi, & leto vicina ſeneſtus
 Depaſcant vires, & triſtia quæque minentur:
 Non ſecus, ac crebris inflexa bipennibus arbor,
 Vlterno rigida ferræ concifaque tractu,
 Contremefacta comam concuſſo vertice nutat,
 Vulneribus donec paulatim euiſta, ruinam
 Contrahat, & recidat terris auulſa ſupine;
 Det tamen OMNIPOTENS, vt ſeris fortior annis
 Euadas, & adhuc per plurima luſtra ſuperſtes,
 Regis firma manus, patriæ Director amate,
 Regiminis fulcrum, cunctis venerabile Nomen.



78 M 396

ULB Halle

001 514 261

3



SB.

V018



47
A. D.
PANEGYRIS FVNEBRIS

IN
SOLEMNES EXSEQVIAS

GENEROSISSIMAE ET VIRTVTVM OPTIMARVM
SPLENDORE FVLGENTISSIMAE MATRONAE
AC DOMINAE

DOMINAE

IOANNAE

DIESKAV

EX ILLVSTRI ET ANT

LOESERIOR

STIRPE PROGNATA

DIESKAVII D. XIV. CAL. AVGVSTI A. 1610

VIRO

PERILLVSTRI ATQVE EXCELI

DOMINO

DN. CAR

DE DIE SK

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE
REGI A CONSILIIIS INTIMIS AC ADMIR

BELLICIS REGIMINIS DVCATVS M.

CONSILIARIO SVPREMO AC GE

TOPARCHAE IN DIE SKAV LOCHAV BR

VIVO MOESTISS

PATRONO SVO OMNI OBSERVANTIAE ET

PROSEQVENDO

IN TESTIMONIUM ANIMI TOTI DIE SKAVIO

DEVINCTISSIMI

EXHIBITA

M. CHRISTIANO AVGVSTO
MAGDEBVRGICO.

HALAE MAGDEBVRGICAE, Typis IOH. GRV

